



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 7. De ratione qua digne sumatur sacrosancta Eucharistia ad spiritalis  
gustus suauitatem ex Christi præsentia sentiendam,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

populo Eucharistiam possit tales reliquias sumere? Idem adhuc respondet, si sint particulae tunc consecratae pertinentes ad sacrificium quod celebravit, posse fumere, quia tota illa est una actio moralis. Si vero sint particulae in alia Missa consecratae, confutius esse ut seruatur, sicut prius feruabatur; quam vita sumuntur. Addit aliis citatis Henriquez in prius memorato cap. 50. §. 2. Sacerdotem, si post horam à tempore ablutionis reperiat reliquias aut formulas ab aliis preparatas, debere illas referuare in sacrario, sique id non possit fieri, ut cum celebrat in Eremitorio, licere illi eas sumere, etiam post intertullum, dum manet in altari.

## C A P V T VII.

*De ratione qua digne sumatur sacro sancte Eucharistie, ad spiritalis gratus suauitatem ex Christi presentia sentiendum.*

## S V M M A R I V M.

- 124. Dignitas maxima sacro sancte Eucharistie, que est motuum summa reverentie ei exhibende.
- 125. Ratio procurande eiusdem reverentie.
- 126. Ratio procurande humilitatem, cum ad Eucharistie sumptuosa accedendum est.
- 127. Ratio timorem (cum quo item accedendum est) temperandi spe diuini auxilii.
- 128. Non obstat ea spes quin preparationi animi incumbere debeamus.
- 129. Fines sacro sancte Eucharistie, memoria recolendi.
- 130. Occupatio intellectus in consideranda summa Dei bonitate, sapientia, & potentia relucente in Eucharistia.
- 131. Occupatio eiusdem in remouendis rationem humanae impeditimenti occurribus aduersus fiduci veritatem de ea- deni Eucharistia.
- 132. Varij effectus Eucharistie, ex quibus potest excitari voluntas ad illius desiderium, & quafdam.
- 133. Quali amor redemandus Christus dans se nobis in Eucha- ristia.
- 134. Quantam ostendat in hac, sui erga nos amoris magnitudinem.
- 135. De agendis ipsa communione.
- 136. Agenda post communionem.

**E**cce ratio, prout à viro quodam pio obseruatum est, conslit primo in procurando, tum etiam timorem spe temperatum; cum quibus conuenit accedere ad tam diuinum, ipsis etiam Angelis tremendum, Sacramentum. Deinde sancte occupando memoriam, mentem, & voluntatem: prout exitus tanti momenti, prohibitis sensibus & appetitus sensitiis, ne illi vagentur, nec isti tumultuentur, sed timore & reverentia aduenientis cœlestis hospitis compellantur in officio manere. Denique in agendo ea quæ decent, sive in ipsa sumptione, sive post eam.

## De procuranda reverentia.

## S E C T I O I.

124. **P**rimum omnium ante communionem recollecti, seruataque in gestibus & externo habitu modestia, debemus procurare interiorum reverentiam, concipiendo mente, quam possumus sublimem, de tanto Sacramento, tam ab Angelis quam ab hominibus adorando, existimationem; nimis vero certissimæque fidei actum elicendo, quo firmissime credamus Christum in Eucharistia contineri. Namque si de ea, vt olim Hebrei de manu, interroges; quid est hoc? sicut Moyses illis respondit Exod. 16. Iste est panis quem dedit vobis Dominus advesendum, ita tibi Christus, qui veritas est, nec fallit aut fallere potest, respondet ex D. Ioanne cap. 6. Hic est panis de celo descendens. Ego sum panis vivus, qui de celo descendit, ] & Matth. 26. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. ] Quam igitur suspicienda est Eucharistie dignitas, in qua Dei effusa in nos bonitas per immensam suam sapientiam, infinitamq; potentiam sub accidentibus exigua bucellæ panis, mirabiliter inauditoq; artificio accommodate

ad nostrum usum, coactum Christum ita ut illum verissime contineat, qui hæres est vniuersorum: ] ad Hebr. 1. Cui data est omnis potestas in celo & in terra] Matt. vlt. Quem Deus exaltavit, & dedit illi nomen quod est super omne nomine, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patis, ] ad Philip. 2. In qua gloria sicut facie ad faciem videndum se exhibens Beatorum panis est (de quo Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei) ita in Eucharistia dans le fide cognoscendum, cibus est viatorum. Id quod latabundus exultans fidelis chorus, seu Catholica Ecclesia profluitur canendo, Ecce panis Angelorum factus cibus viatorum, &c. Proficitur pariter dum per publicos suos ministros nomine totius populi, certis horis (quia non potest continue) laudes coram coenam decantant, itemque dum in institutione festerum, unctione templorum, horumque exhortatione & ministrorum ac ministeriorum, ac ceremoniarum varietate & maiestate, quæ aliis quibus potest modis honorem & gloriam ei exhibendam curat; ad imitationem eius quæ sursum est Hierusalem mater nostra, ad Galat. 4. in qua laus, honor & gloria sine vita intermissione Christo datur ex cap. 4. Apocalyp.

Procuranda igitur est Eucharistie reverentia, mentem erigendo, expendendoque seria consideratione, quam dignum, quamque præstantis sit illud quod nobis in eo porrigitur. Est enim Christus corpus sanctissimum, ex Virgine integrissimum integrum, opera & artificio admirabilis Spiritus sancti formatum, perfectissimum, rationi obsequientium ex materno utero sine matris dolore, & sine villa virginis clausi fratione egredium; cuius attacta depalii sunt diuersi generis morbi ab hominibus, iuxta illud Luc. 6. Omnis turba quarebat illum tangere, quia virtus de illo extendit, & sanabat omnes. ] cui obsecuta est aqua, ambulanti super illius vndas, sicut & cœlum & terra, quando ipso patiente Sol & Luna obscurata sunt, & petras scilicet: quod post fusas nostri causa lacrymas, perpicias molestias & ignominias; toleratos labores itinerum, famis, siti, vigilarum, vinculorum, verberum, spitorum, coronæ spincæ, & supplicij crucis: translatum est in cœlum, & ad dextram Patris omnipotentis collocatum: idque cum quanto maiestatis & gloria splendore; ineffabile est, & arcanum; quod excedens omnem mentis nostræ captum, humili silentio venerandum est. Atque cum tam gloriose corpore fixum porrigitur, nobis vivificans ipsum, anima gloriofissima, quæ ex primo momento sua creationis, diuina nature intuitio beatæ fuit, gratia ac donis Spiritus sancti sine mensura abundans, tanquam inexhaustus thesaurus omnium bonorum celestium, de cuius plenitudine ceteri omnes acciperent, ] ex cap. 1. Ioan. Virtutibus preterea omnium pulcherrimus ac preflavissimi ornamenti, & meritis innumerabilibus maxima. Quinetiam (quod infinitis partibus dignus est) diuinitas porrigitur, cui hypostaticè idipsum corpus & anima illud informans vniuntur, ita ut in Eucharistia agnoscendi debetur omnium creator & supremus Dominus, omnis boni auctor, perfectionis magnitudine & numero infinitus, maiestate supra quam cogitari potest augustinus, & idem cum omni animi submissione adorandus, & tanquam excedens omnem mentis nostræ capum humiliare suscipiendus potius, quam parum caute dispiciendus; ne, iuxta Sapientem Proverb. 25. scrutatores maiestatis opprimatur a gloria.

## De procuranda humilitate.

## S E C T I O II.

125. Secundo loco, procurare debemus humilitatem, quæ Christus in ordine ad hoc Sacramentum commendavit, cum illud instituturus Discipulorum pedes lauit, seque exemplum dedisse ait, ut facerent quemadmodum ille fecit, Ioan. 13. ]

Expendendo igitur, quod in nobis ad vilem corporis conditionem, accedat anima (etiam peccatis per confessio nem expiati) miser status, ob tot, tamque varias ad peccata propensiones, quibus est obnoxia; demittamus nos, atque erubescamus coram Deo, ponderantes quam indignissimus, vt nos

ut nostri causa tanta maiestas tam admirabile mysterium influerit: siue pudore & verecundia perfusi deploremus perueritate m nostram, qua cum tanta negligentia & segnitie, Sacramentum omnium dignissimum usurpamus. Quantodquidem (vt notatum est à D. Bonauen. in tract. qui inscribitur *Incendium amoris*) primo Dominus noster propter nos ibi totus est; nos autem raro vel nunquam ibi toti sumus, ppter cum. Secundo, ibi est pretium redemptiois nostrae: & non liberamus, quod restat per nos. Tertio, ibi vere est Deus, & non videmus eum ad quem videlicet creati sumus. Quartio, ibi paratior est ad liberandum nos, quam nos liberari a miseria. Quinto, ipse maximo studio ad salutem nostram, influit hoc Sacramentum: nos vero tepide, imo toti frigidi ipsum sumimus. Sexto, ibi est cum Angelorum frequentia: nos cum magna cordis irreuerentia. Septimo, ipse ibi ardens est, pro sua dilectione: nos ibi remissi sumus in gratiarum actione. Octavo ipse ibi est cibus Angelorum ad nostram refactionem: & nos non gustamus eam, propter nostram corruptionem. Nonno, quod dispersimus per culpam, ipse congregat per gratiam, nec tamen grati sumus. Denique ipse est panis confirmans cor hominis, & nos languidi manemus: fons est uberior, ex quo ad omnes Sanctos permaneat omnium spiritualium donorum afflentia: & nos aridi ac talium donorum inopes inuenimur.

*Deesse cum timore coniungenda.*

### S E C T I O III.

Tertio loco cum timor accedendi indigne ad facrosan-  
ctam Eucharistiam, facile sequatur eam de qua agimus reuerentiam & animi demissionem, is quidem abiciendum non est, quia misericors & miserator Dominus eam dedit timentibus scilicet Psal. 10. sed est temperandus spe, quia sufficien-  
teur animus expectatione auxiliij Dei, qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo enim ille cum illo non omnia nobis donabit, ad Rom. 8. Gualtare (inquit Spiritus sanctus per David Psal. 33.) & vide quoniam suauis est Dominus. Beatus vir qui sperat in eo. Diuitiae egunt & effluerunt, inquirentes au-  
tem Dominum non minuentur omni bono.] Si te deiciat maiestas Christi in celo regnantis, erigate humilitatem tibi in cibum dare dignantis, ac desideris desiderans hoc Pater manducare tecum. Magnifica humilitas nascentis in fabulis, maior mortis morte ignominiofa in cruce, sed maxima iam regnantis in celo, & nihilominus sub exigui panis & vini speciebus villib[us] tradientis se homini, abiectis: imo & sceleratis pro arbitrio tractandum, atque adeo comedendum, non vino tantum loco & tempore, sed vbiq[ue]; terrarum, & donec veniat: seu ad consummationem usque seculi. Pastor est bonus, qui proprio corpore paicit oves suas, nec venit ut perdat & mactet, sed ut illae vitam habeant, & abundantes habent, ex Ioan. cap. 10. Nouit ipse, quia sapientia est aeterna, si-  
gnumentum nostrum: exp[er]tus est nostras infirmitates, qui tam salutare nobis prescrivit adiutorius aeternam morte antido-  
tum, & prestitum ad vitam aeternam subsidium. Non enim habemus inquit Apostol. ad Hebr. 4. Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro simili-  
tudine, ab aliis peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gracie, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.] Dicigitur anima tua, si nimio timore concutitur: Quare tristis es anima mea, & quare co-  
turbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deum meus, Psal. 25. Deinde fructus ope-  
misericordiae diuinæ regi aeternæ glorie, domum tuam ad-  
uentanti procede obula in spiritu humiliatis, & animo con-  
trito, atque admirans dic: Vnde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me? non sum dignus ut intres sub tecum meum: attamen dic verbo, & sanabitus anima mea. Iesu es. Dic anima mea, filius tua ego sum, Psal. 34.]

Quia vero tunc maxime diuinum auxilium adest, cum i-  
psinobis non desumus, quodque nostrarum partium est fa-  
ciens: tu interane des'es sis, sed cum omni diligentia valem  
tuam dominiculam emundam, & recurre ad B. Virginis alio-  
rumque Sanctorum patrocinium, pro necessario ad tantu[m] regis  
excep[er]t enim apparatu obtinendo ex ipsius regia. Illi enim

domestici eius sunt & familiares, plurimorum valentes apud ipsum authoritatem: dignitatis item ipsius, studiosissimi sunt, ac nostre uirtutatis amantissimi. Imitemur ergo rusticum, qui excepturus virum aliquem illustrem, casam quidem suam purgare potest; sed eam ornaturus, ad alienam locupletiorum operum recurrere cogitur.

*De sancta occupatione memoriae, & intell. eti.*

### S E C T I O IV.

Ratio de qua agimus sententiū suauitatem ex Christi pra-  
sentia in facrostante Eucharistie digna sumptione, exi-  
git ex parte memoriae, ut haec occupetur in recordatione fi-  
nis ob quem ipsum Eucharistie Sacramentum à Christo in-  
stitutum est: qui multiplex celerit. Ac primo, ut gloria Deo  
quam maxima redderetur per affidatam oblationem sacrificij,  
omnium que esse possunt, dignissimi; cique per beneficis in  
nos collatis, gratia referretur. Secundo, ut sua presentia in tam  
humili specie, nos vehementius excitaret ad memoriam ac-  
cerbe & ignominiose mortis sue pro nobis obitae, & simulque  
beneficiorum que in nos per eam redundantur; atque ut reuocatio  
in memoriam, renouato; sui erga nos amoris tanto argumen-  
to, nostraras ad se rebelles voluntates traheret, iuxta illud  
Ioan. 12. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad  
me ipsum, significans qua morte esset moriturus.] Tertio, ut  
in statu cibi quo velimur nos intime peruidens amatissimus  
Dominus, sibi penitus coniungeret, eaq[ue] coniunctione merita laborum & crucis, uum suorum nobilium cum communica-  
ret; nosque confortaret in hac aeternissima vita, ac diuinatis  
sue thesauri impleret, eleuaretq[ue] in excellentiam diuinam,  
ac tandem uiuificaret vita beata.

Ex parte autem intellectus procurandum est, ut euocata  
cogitatione ab aliis rebus, is occupetur in eliendo firmo vi-  
uoque fidei actu de Sacramenti Eucharistie veritate; ex quo in  
administratione tantu[m] mysterij defixus homo, conetur  
quanto studio poest diuinam adorare bonitatem, sapientiam,  
& potentiam; quia Dei perfectiones imprimis reluc-  
tent in eiusdem Sacramenti institutione: bonitas quidem,  
qua quoniam Angelis peccantibus non pepercit, tamen ut  
nos (criminis leti & maiestatis diuinae perinde reos) redime-  
ret ab omni iniuritate, & exhiberet sibi populum accepta-  
bilem, sectorem in bonorum operum, uirginitatum ex quo,  
in quo, & per quem sunt omnia, demisit ad statum, quem cer-  
nimus in Eucharistia, abiectum, & iniurias, ac ludibriis ex-  
positum. Sapientia vero, quia adeo accommodate ad im-  
becillitatem nostram, summa nostra necessitat consuluit, ut  
illius singulare remedium insisteret eiunodi, quod esset  
nobis perinde obiuum & familiare, ac cibus quo quotidie  
vescimur. Poterat denique, quia supra omnes naturæ leges  
tam admirabiliter inaudito; articulo Clirifum verū Deum &  
hominem ad dexteram ipsius sedentem, in celo; regnante,  
ita facit præsentem in terris, ut plurimis ac diuersis locis,  
ab omnibus & singulis fidelibus, sub exigua panis quantita-  
te contentus, sumi possit in cibum vita aeterna.

Occupetur item intellectus in remouendis rationum hu-  
manarum impedimenti, si qua occurrant, aduersus can-  
dide fidei veritatem: ut possint esse, quod ea videatur ha-  
bere quedam indigna Filii Dei maiestatis; quæ cum sit tan-  
ta, contineatur tamen ut adeo contemptibili & exposta in-  
finitis indignitatibus, quæ ei inferri possunt, non modo à  
prauis hominibus, sed etiam a bestiis. Recolat igitur intellectus dictum Christi, Matth. 11. Beatus qui non fuerit scan-  
dalizatus in me.] quodque ipse ea sua humilitate non reli-  
querit nos sine testimonio diuinæ sue maiestatis. Sic enim  
eodem D. Matthai loco, cum apparet homo vulgaris, signa  
eiudem maiestatis data mandat renuntiari D. Ioanni Baptis-  
tre in nomine discipulis ipsius. Ite, renunciate Ioanni que audi-  
stis & vidistis: ceci vident, claudi ambulant, leprosi mun-  
dantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euange-  
libantur.] Ecce illo pauperrimo statu, quo natus facebat in  
prelepis pannis inuolutus ostensa est diuina gloria illius cui  
ex cap. 7. Danielis Milla, Millum ministrant, & decies centies  
centena nullia assunt. quando Luce 2. multitudo militum  
coelestis facta est laudantium Deum & dicentium, Gloria in  
excelsis Deo.] Item in statu illo ignominioso, quo qualis  
crimino-

129.

130.

131.

criminosus pendebat in cruce, ostensum est Solis & Luna obscuratione, petrarum scissione, & aliis mirabilibus factis, quod esset verus Deus, nulli penitus peccato obnoxius. Sic enim Matth. 27. Centurio, & qui cum eo erant custodientes Iesum, vido terra motu, & his quae siebant, timuerunt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste.

Denique in abiectione statu, quo est in Eucharistia; sua diuinæ maiestatis præsentiam miraculis non tantum olim, sed his quoque temporibus manifestauit, pro ea quam gerit Ecclesia suæ cura, ad conseruandum in ea cultum sanctissimo huic Sacramento delatum, summæ ac supremæ Dei maiestati conuenientem, vt patet ex perlonis, quas ad illius ministerium Ecclesia ipsa deligit. Primo, natus ex legitimo coniugio; secundo, ætate maturæ; tertio, corpore nō debiles nec disformes; quarto, fortuna, vt habeant unde vi etum honestum comparent, vel voluntariam paupertatem sequantur: quinto, fama & opinione probatas: sexto, moribus castas, ita virtutis solemnis voto ad calitatem adstringat: septimo, pietate erga Deum ardentem; quo sit ut illis statas precessatis longas iniungat quotidie recitandas. Fit etiam vt non promoueat illas statim ad tanti ministerij dignitatem; sed per plures gradus inferiorū ordinum. Denique regali Sacerdotio condignum, illis assignat exterrum habitum, vestem scilicet tam, cum corona.

Patet etiam ex templis, quæ ad eundem cultum extant magnifica: ritu solemnii avario mysteriosoque consecrata, & aucta altaris ornatis auro, argento, marmoribus ac picturis. Itemque vas, & vestibus, pulchritudine, elegantia & religione insignibus. Accedente ulterius musico concentu tam instrumentorum, quam humanarum vocum, atque suffici thuris, aliarumque rerum odorisferarum, ac demum luminum multitudine; vt quoad potest, in terris regia celestis adumbretur, in qua gloriosus regnat is, qui suam presentiam in Eucharistia nobis exhibere non deditur.

At dices, inibi quoq; in hominis stomachum fodiibus ac fætorib. repletissimum. Respondeatur, id esse indicium non vilitatis, sed adoranda bonitatis, qua mediator Dei & hominum Iesus Christus tanto diuina glorie nostra salutis afferit desiderio, vt tanquam granum frumenti adens in terram (quod in ea putrefactum ac mortuum multum fructum ad fert) sua tanta humilitate quasi in nihilum redactus, fructus diuina gloria, ac nostræ salutis ad Dei honorem germinat profertque vberimos.

#### De sancta occupatione voluntatis.

##### SECTIO V.

**E**X parte demum voluntatis procuranda est puritas ab omnibus prava affectione, & dolor vehemens de perpetratis peccatis, cum firmo & perfecto propposito emendationis, exclusis omnibus occasionibus peccandi in posterum, & adhuc a ori, sensibus, & cordi custodia diuini timoris.

Secundo, excitaenda est in illa, vehementis cupiditas & fames huius admirabilis cibi per considerationem tot ac tantorum bonorum quibus complemunt illius sumptus. Ex quibus ad vitandam prolixitatem nimiam, tantum attingemus, illam proportionem quadam id efficeri in anima bene preparata, quod terrenus cibus efficit in corpore bene constituto. Primo enim spiritualem gulm ipsum, mirabilis suavitate afficit. Secundo vitam gratiae in ea conseruat. Tertio apud perfectionem charitatis adducit. Quarto vires addit ad praeclera agenda, & ardua fortiter patientia. Quinto pietatis & devotionis quasi succo, opimam ac colore vividam faciens, iucundam reddit ac amabilem. Quod est nos per illam iis diuinis donis augeri quibus sumus grati omnibus, neminem offendentes nostro exemplo, sed omnes ad virtutem prouocantes. Denique, quod summum est, ita nos coiungit Christo, vt ci incorporenam ipse; in nobis sit, & nos in ipso, ex quo hauriamus vite spiritum, sicut membra corporis ex capite: iuxta illud Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Item Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Itaque vivit longam desideras, audi veritatem ibidem dicentem: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum: ] simulque monentem. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ]

Certe salute nihil est desiderabilius: quæ quidem à nullo, q; ab eo, qui dignatur se nobis in Eucharistia dare, expectanda est; iuxta illud Act. 4. Non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomine est sub celo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. ]

Quid quæ melius potest homini contingere in hac vita tot miseris obnoxia, ac necessitatibus expolita, quam munus esse præsentia Christi, cui data est omnis potestas in celo & in terra, Matth. vlt. Et de cuius propria voluntate subueniendi nobis, dubitari non potest; cum nos tanto amore complexus sit, vt se in cibum & pignus æternæ salutis daret. Idemque nos a sollicitudine nimia prouidendi necessitatibus huius vitae reuocet, & pollicetur querenter regnum Dei, & iustitiam eius, necessaria omnia adiuvia esse, Matth. cap. 6. neque dubitandum est, quin eadem & sciat, & velit, ac possit adiuvare, pro sua sapientia, bonitate, & potentia infinita. Ad cumulum accedit, quod illud expectandum sit votis omnibus, per quod Deo, pro sua misericordia, & infiniti in nos beneficis, reddamus gloriam quā fieri potest maximam. Ad id autem, tunc maxime possumus idonei esse, cum per suscepitionem Eucharistia Christi in nobis manentem habemus: quandoquidem tunc nos totos ac nostra omnia terreno Patri offerentes, simul dilectissimum Filium offerimus, qui misericorditer se efficit nostrū. Quid enim tam nostrū est quam cibus quo vescimur?

Excitanda terrio loco est voluntas, ad tam insigne nosfri amatorem redamandum, amore iis conditionibus cumulato, quibus referat dantis se nobis in cibum, amorem erga nos. Nempe vt primo quidem purus sit, quo ipsius gloriam solam queramus; sicut ille vtilitatem solu nostram spectat, non vnum suum commodum. Secundo, vt sit amor intime cuiusdam familiaritatis, quo nos totos illi cum piis & ardentibus colloquiis consecremus, qui sic se familiariter, intimeque exhibet nobis, vt in nostra etiam viscera se inficiet. Tertio, vt sit fortis amor, qui scilicet nulla possit calamitate, aut incommode ruitu extingui: sic ut & ipse ita nos amavit, vt non refugiat periculum innumerarum iniuriarum, cui expolitus est in ipsa Eucharistia. Quarto, vt suavis sit, tanquam conceptus ex aduentu illius qui omnibus diuinis suavitatisbus affluit, iuxta illud Psalm 33. Gaudi te & videte: quoniam suavis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo. ] Quinto, vt sit liberalis, quo nos, nostraque omnina velut illis qui se, & sicut immortales quendam nobis communicat, vt dicere licet cum sponsa Cant. 2. Dilectus meus milii, & ego illi. ] Sexto, vt adeo potens sit ac flans, vt mortificat spiritu, factis carnis: seu obrenta nostri victoria, si dominetur in nobis ipse Christi amor, vt cum D. Paulus ad Gal. 2. licet dicere: Vnde ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. ] Septimo, vt efficax sit: seu quo stabilis firmoq; decreto pro Christi gloria in animum induamus, freti spe auxiliij ipsius, virtutis nostra corrigerem, & virtutum studio incumbere; maxime humilitatis & patientiae: quorum necessitatem inculcatum cum Luca cap. 9. dicebat ad omnes: Si qui vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. ] In hoc autem Sacramento magister optimus dat illustra exempla: humilitatis quidem in eo, quod sub vili & fragili particulae panis figura, offert se in sacrificio; verisque Dei Filius cum sit, & yniuerforum Dominus, sic diuinam suam maiestatem & gloriam occultat, vt de illius excellentia nihil appareat; perinde se habens, ac li nihilum efficit. Nempe accidentia, sub quibus latet, perinde immutata relinques, ac si ibi non esset: Sacerdoti peccatori submittit se consque, vt ad consecrantis vocem statim sis stat se, ac in manus ipsius tradat pro arbitrio sue digni, siue indigne tractandum & sumendum: Neque ipse qui est Angelorum gloria & decus, deditgatur in spicifimum folidissimumque hominis peccatis venire & habitare: atque adeo qui Sanctus est Sanctorum, cuius in celo laudes socia exultatione omnes Sancti concelebrant, animæ peccatis variis contaminatae confortium inire, ac benigne sufferre.

Exemplum vero patientie illustre in eo Christus dat, q; se in facro sancta Eucharistia habeat velut passiu, quasi corpus mortuum, aut baculus in manu sensu; non enim reputat, nec contradicit, aut resistit Sacerdoti, etiammi conte-

mnatur,

minatur; ac etiam interdum ludibrio impudicissime habetur; sed pro illius arbitrio attollit se finit, & demitti, ac porrigi siue bonis, siue malis: itemque transferri, & siue in hoc, siue in illo altari, aliove loco collocari: atque quouis tempore, sub quavis hostia, & vbi cumque collocetur patienter expectat, etiam in tenebris, & solus derelictus; ut ipsum cum libuerit ad eam ad percipienda bona ingentia, quae liberalissime nobis offert, & dare paratissimus est. Quid igitur Domino tanta faciente & ferente pro seruo non faciet & non feret seruus? pro Domino, cui non vno, sed infinitis proponitum titulis, debet omnia? Consentaneum est sane, ut tota voluntate tam insigni exemplo inuitatus incumbat in studium humilitatis, & patientiae, quibus pro Christi gloria se in sacrificio offerat, malorum perpessione inger maestandum, & annihilandum: sicut Christus ipse immutabili proposito, non obstantib. iniuriis, quas patitur, semetipsum in Eucharistia Deo tradit pro nobis oblationem; non semel, & vno tantum loco, sicut in passione; sed quotidie, innumerabiliter, pluri locis.

Porro magnitudo amoris quem erga suos fideles Christus Dominus ostendit in Eucharistia patet. Primo ex vehementia affectus, quam indicavit Luc. 22. illam instituturus dicens: Defiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Secundo, ex tempore institutionis; nempe in quo non esse tradebatur, ex priori ad Corinth. cap. 11. Seu dum ab inimicis de illo occidendo agebat, ipse donum hominibus contulit, quo nullum pretiosius est, aut dignius, ut ex antedictis satis patet; ac in cibū qui digne sumptus vivificat vita beata & æterna. Tertio patet, ex modo eiusdem institutionis, qui fuit; quod ipse Dominus pro nobis subiit mortem, quasi condens testamentum: cum in morte commendaturus esset D. o Patri suum spiritu & Ioanni matrem suam, atque hinc sponsam suam Ecclesiā (per illud Ioan. 19. Miserere ecce filius tuus), latroni datus paradisum, & militibus sita vestimenta reliquerit. Pridie quam patet, ex citato cap. 11. sacroficiū suum corpus sumendum in cibum, qui vitam eis afferret æternam, fidibus legavit quando suis Discipulis dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, Matth. 26.] Quod legatum tanta similitate ratum esse voluit, ut nullis hominum peccatis reuocaretur: tamq; amplius, ut ad omnes fideles extenderetur; nec quemquam bene volentem excluderet à participatione tanti beneficij.

Te ergo considera insigni amore cum ceteris fidibus præuentum à suauissimo Domino I s v, ut condenti testamentum misericorditer cum eis occurreris; teque tantopere amantem omnibus viribus redama: nec am or proprius te renoveret; cuius abnegandi tam singulare motu habes in Eucharistia, in qua Christus tanquam omnem sui curam deponens, relinquens sacerdotis arbitrio tractari, ut ante habatum est, ac tanquam agnus coram tendente se non aperiens os suum, iuxta Isaiam cap. 53. se totum permittit ei, cuius plerumque ultima aut etiam nulla cura est ipsius. Quæ tanta ac talia, homo Christiana fide imbutus, considerans amore sui geri a filio Dei, mirum est si accessurus ad hoc sacrum coniunctum, quod est memoriale acerbissime passionis pro ipso oblitus, non inardescat redamando se tantopere amantem; aut saltē in ardescere expetat, illud ex animo usurpans. Absorbat Dominē I s v Christe mentem meam ignita & melliflua vis amoris tui, ab omnibus quæ sub celo sunt, & amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es in cruce mori.

De iis que in ipsa communione, & post eam agenda sunt.

#### SECTIO VLTIMA.

**V**BI ventum fuerit ad communionem, excitato dolore de peccatis, & facta illorum generali, ut *afflitio confitio-* ne, petitas; de illis a Deo venia, excitandus est animus ad latitudinem ex aduentu tanti Regis; & instaurata consideratione summa & adoranda maiestatis Christi, nostræque vilitatis: ad eum suscipiendum, cum magna veneratione accedendo, dicendum est detinet: Domine non sum dignus ut intres sub tecum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima

mea. Deinde sine stirpitu verborum curandum est cœlestem hospitem in domum inducere animo bene collecto, meditando ipsius Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi presentem maiestatem, stipatam cœlestium ciuitum agminibus, ipsorumque panem de celo verum & viuisimum, cum humilitate ac reverentia, quam fieri potest maxima, sumendo de manu sacerdotis, quasi de manu Iesu Christi, cuius ille administrator est: ac studendo internam habere animi latitudinem cum gratitudine summa erga tanti beneficij largitorem Deum: non secus ac si positus in paradiso terrestri cum Adamo, de fructu arboris vita satiarer; pascens felicitate animam meam de Christi humilitate, aliisque virtutibus, illas cogitando vehementerque appetendo; & sic in ipsum Christum transformari optando ut tota mea mens & cogitatio, voluntas & desiderium semper in eo fixa sit & firma, immobileiter radicata.

Suscipiens autem Christus Dominus sub tectum nostrum, cum officio timoris significatione, & magno desiderio ei placendi, obsecrandus est, ac hum. liter rogandus, ut dignetur per suam gratiam, stabilem in nobis fedem figere, nec permettere nos vñquam ab ipso separari; cor ipsum nostrum resignando omnino in manibus eius, ut illud fingat suo arbitrio, & conformet suæ sanctissima voluntati: solus illud possidet, qui solus illud fecit: sicut super illud æternum & immobile lignaculum. Cui resignationi succedere potest actus amoris, quo ipsum, in quo omne bonum nostrum consistit, toto cordis affectu amplectamur. Deinde admiratio tam immense benignitatis ipsius, ut non iam Virginis omnibus virtutibus ornataissime, diuinaque gratia plenissimâ exhorrebeat vterum (quod ipsa etiam sancta Ecclesia in eo miratur) sed quod in nostro corpore tanquam in immundo stabulo versari non potet sibi gracie & indecorum. Præterea confessio propria imbecillitatis, qua nos impares profiteamur prædicantis laudibus tanta benignitas ac liberalitas erga nos diuina. Ideo enim Ecclesia ad auxilium cœterarum creaturarum, non modo earum quæ sursum sunt in celo, sed etiam earum quæ deorsum in aere, aqua, & terra, Sacerdotes compellit recurrere; cum imponit illis recitandum post Missam canticum trium puerorum, Benedicite omnia opera Domini Domino.

Quarto, ex imo pectori agenda sunt gratiae maiestatis diuinæ, quæ dignata est tam prelio & admirando cibo nos satiare. Ad quod accommodata est illa D. Thomæ oratio, Gratias tibi ago Domine sancte Pater, &c. Cum qua gratiarum actione coniungenda est oblatio, qua nos cœlesti Patri offeramus totos, diuino quidem conspicuè ipsius indigos, sed in nobis tanquam in pixide habentes Christum, per infinitam suam misericordiam effectum nostrum; adeo pixidem simul & contentum in ea offerentes cum debito cordis affectu, faciamus oblationem dignam Deo, eiq; gratissimam. Ad quem affectum procurandum, ut oblatio nostra in conspectu diuinæ maiestatis cum odore suauitatis ascendat, recurrendum est ad Christum per illam orationem D. Bonauen. Transfige dulcissime I s v medullas & viscera animæ meæ suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, &c. implorandaque Spiritus sancti assistentia, & Beatae Virginis, aliorumque Sanctorum suffragia. Quinto, quasi oblatæ opportunitate negotiandi cum Dominino nostro de rebus maximis ponderis, puta de celo, & vita beata, de nostra ac nostrorum salute, de iis quæ ad defensionem & amplificationem Ecclesie pertinent, & aliis similibus; ea quæ necessaria putamus, postulabis; nominatum autem nobis gratiam ad eas culpas evitandas, quas aduertimus in nobis grauiores, & magis noxias esse, recitando Pater, & Ave, &c. Postremo renouandum est propositum nostrum absintendi & diligenter cauendi ab eo quod offendat Dominum nostrum sanctissimum; statuendo nos velle custodire mente & cor, perinde ac si pixidem sanctissimi Sacramenti in manu tenentes circumferremus; memores quod vndequeque septi sumus Angelis tanquam Christi nobilibus auxiliis comitantibus suum regem: prout inculcat D. Laurent. Iustinianus in sermone quodam preclaro, quem fecit sacra sancta Eucharistia.

Nec vero tantum cauendum est ab offensis hospitis no-

stri celestis, sed etiam exhibendum est illi obsequium: tum lectione, & auditione rerum piatum, tum etiam executione operum pietatis: parque est, ut tanquam de manibus inimicorum nostrorum liberati seruamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris: mercedem gloriae ipsius miserante tandem recepturi. Cui laus est, honor & gloria, in seculo seculorum, Amen. Finem tandem huic capituli imposituri monebimus rei dignitatem exegisse, vt illud saceremos longius. Ex abundanter mensa quisque capiet quod sibi necessarium inueniet: nec negliget documenta, que alii citatis das Henriquez in sua summa lib. 8. cap. 49. §. 1. ha verbi: *Dum sumit, caueat ne quid decidat, non maficet, sed reuerenter traiciat, ne quid dentibus hereat: si hæfit palato, vel calici particula hostie, decentius est vt cum ablutione etiam iterata traiciat, quam tactu digiti Sacerdotalis: nec mox post cōmunionem expuat, propter reliquias. Decet, ne statim alios cibos ingerat, qui misceantur cum speciebus Eucharistia in stomacho. Seruentur etiam circumstantiae loci: communiter enim non decet per bullam a priuilegium communicare sine honesta causa in priuato fæculo domus secularis: nec horis indebitis quibus non celebratur, quamvis iure nulla hora determinetur, dummodo homo ieiunus sit: hac ille. De peccato mortali quod committi potest suscipiendo Eucharistiam de manu mali ministri, iudicandum est per ea quæ ante dicta sunt lib. 1. cap. 14. sect. 3.*

## C A P V T VIII.

## De effectibus Eucharistie.

## S V M M A R I V M.

- 137 Effectus Eucharistie in eo quo digne suscipitur.  
 138 Qui in anima producuntur, reducuntur ad promotionem ad bonum, & ad renovationem a malo.  
 139 Effectus preservationis animæ à peccato: & collationis diuinæ gratiae ex opere operato.  
 140 De hoc eodem effectu, cum plures species sacramentales serum sumuntur.  
 141 Effectus præseruandi à mortalibus & liberandi à venialibus.  
 142 Eucharistia sumptio non remitti posnam peccato debitam, quonodo intelligendum.

**H**ORVM explicationem D. Thom. persequitur in 3. part. quest. 79. vbi multa Suarez tam in comment. quam in disput. 63. & 64. sed quia remota sunt a nostro instituto, contenti erimus aliquot documenta tradere, quibus ea quæ præcipua sunt attingemus.

Primum est: Eucharistiam non tantum in anima, sed etiam in corpore suscipientis multa efficere, & maxime tria, quæ in cit. disp. 64. Suarez late explicat.

Primum est: fonsitem peccati, ardoremq; concupiscentie minuere, & bonos affectus in appetitu sensitivo excitando, reddere hominem promptum & alacrem ad vitam ex virtute agendam: per abundantiam enim charitatis, quæ in hoc Sacramento conferatur, effectus voluntatis redundantes in appetitu sensituum, causant in eo concupiscentia & terrenorum affectuum moderationem.

Secundum est, resurrectio & gloria corporis, quam ij qui fuerint huius cibi celestis participes consequentur: non tantum ratione gratia & gloriæ animæ, sicut ceteri beati, sed etiam hoc speciali titulo (prout declarat Suarez in eadem disput. 64. sect. 2. col. 3.) quod habuerit carnem suam, carnis Christi coniunctionem per susceptionem huius Sacramenti: iuxta illud Domini, Ioan. 6. Qui manducat hunc panem viuet in æternum, ] &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. ] Tertium est, viuo cum Christo, de qua inter alia multa Suarez in sequen. sect. 3. column. antepenult. sic habet. Quando Christus digne sumitur, reliter coniungitur suscipienti: quia vere ac proprie intra ipsum constituitur, & quasi quodam corporali amplexu apprehenditur. Ex quo fit, ut quamdiu Christus ibi adest, quantum est ex Sacramenti virtute, illum à quo susceptus est, ex-

citer ut diligit, affectuq; complectatur ipsum, quem habet corporaliter presentem.

Secundum documentum est: Omnes effectus, quos Eucharistia producit in anima, possunt ad duo capita renocari; nempe ad promotionem ad bonum spirituale, & ad renovationem ac liberationem à malo spirituali sue culpa, sive peccato; prout declaratur sequentibus documentis.

Tertium est: Huius Sacramenti susceptionem, promouere, reanimad ad bonum: quoniam confert ei augmentum gratiae habitualis, conciliatque ei quadam actualia auxilia diuina (de quibus copiole Suarez disput. 63. sect. 9.) vt per charitatem & aliarum virtutum exercitum resistent ardor concupiscentiae, possit vitam suam spiritualem conservare.

In quo quidem augmento & actualibus auxiliis consistit ea sacramentalis gratia, quæ est proprius ac primarius huius Sacramenti effectus: quo scilicet diuinus iste cibus id præstat in anima, quod corporalis cibus in corpore, vt bene declarat D. Thom. in cit. a quest. 79. art. 1. Nam robora augetq; charitatem & ceteras animæ virtutes tanquam animæ virtutis, scilicet quodam concupiscentia immunitas: restaurat, sicut corporalis cibus restaurat illud quod actione caloris naturalis perditum est in corpore. Nec refert, quod cetera Sacramenta idem præstat censemuntur: nam id principaliter conuenit huic Sacramento, tanquam omnium præstantissimo, atque recipi fonte omnium gratiarum. Vnde Ioan. 6. dicitur est à Domino: Caro mea vere est cibus. ] Donec delectat animam, quia per hoc Sacramentum maxime excitat in anima deuotio, & charitatis fervor: replendo eam dulcedine diuinæ sui saporis. Vnde in Ecclesiastico officio dicitur panis de celo, omne delectamētum in se habens. Item piagis panis Christi Christi delicias præbens Regibus, & adeps frumenti quo satiat nos Dominus.

Quod autem aliquando à sumentibus non sentitur talis delectatio & suavitatis, ex eo nascitur (vt ex Guiliel. Parisiensi habet Gregor. à Valent. tom. 4. disput. 6. quest. 7. puncto 1. col. 128. 7.) quod peccatum venialib. male affectum habent animæ palatum, nec rem tantam secum reputant, quantum requiritur ad fervorem charitatis: qui tunc maxime in voluntate fouetur, cum cibus iste per meditationem pie illi ab intellectu quasi maficatur.

Ceterum non tam gratia augmentum, sed quandoque etiam primam gratiam, & peccatorum mortaliū remissio- nē Sacramentum istud conferre, multorum Theologorum sententia est, quam refert & sequitur Suarez disput. 63. sect. 1. vbi etiam cōtraria sententiae rationes solvit clare. Vide antedicta lib. 6. cap. 6. sectione priore, & Gregor. à Valent. in citato puncto 1.

Quartum documentum est, Sacramentum istud facere, vt anima præseruetur à peccato, perseueretq; in bono. Cibi enim proprium est suppeditare robur ad vitam producēdam, & ad resistentium illi contrariis. Talem autem effectum Eucharistia producit: ex D. Thoma 3. part. quest. 79. art. 6. Namque prout hominem Christo coniungi per gratiam, roboret vitam spiritalem, tanquam spiritalis cibus, & spiritalis medicina. Et prout signum quodam est passionis Christi, per quam vieti sunt dæmones, roborat animam aduersus insinquentes demonis tentationes: quandoquidem ex D. Chrysostom. homil. 45. in Ioannem: tanquam Leones flammam spirantes ab ipsa sacra mensa discedimus terribiles affecti Diabolo.

Quintum documentum est: Hoc Sacramentum nisi potatur obex spirituale effectum gratiae ex opere operato conferre, in ipsis vera & reali mādicatione: seu cum ipsum missum in os ad stomachum transmittitur. Ibi colligitur ex verbis Domini, Ioan. 6. Qui manducat me, viuet propter me. ] Et Qui manducat hunc panem viuet in æternum. ] Confirmaturque ex eo, quod in omnibus Sacramentis gratia conferatur per ipsum applicationem ad subiectum: nempe ad hominem eiusdem gratiae pacem: Sufficiet autem subiecto applicatum hoc Sacramentū dicitur, quando manducatum est seu transmissum ad stomachum: etenim datur per modum cibi, qui per huiusmodi transmissionem dicitur applicari.

Plura de hac re Suarez, in eadem disp. 63. sect. 4. docens in sequenti 5. & 6. plures species sacramentales successiue sum-

ptas,